



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Prima Duo Sæcula Complectens

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 13322648**

§. 22. Apologiæ Quadrati, & Aristidis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66002](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66002)

Sæculum II. carent, nihil amplius eis esse commune,  
A. C. 125. quam inane nomen, quoad omnia alia  
divisis.

## §. XXII.

*Apologiæ Quadrati & Aristidis.*

**C**um igitur Celsus Ethnicus scripto Christianam Religionem fuisse agressus, etiam Christiani pro sua defensione calatum stringere cœperunt, & talia scripta Græco nomine Apologiæ dicebantur. Primus omnium pro Christiana fide in aciem progressus est Quadratus.

An. 124. Imperator Hadrianus, per Imperii Provincias proficiscens, venit se-

*Euf. Chron.* cunda vice Athenas, Imperii sui anno  
*an. 124.*

*Dion. Cor.* octavo, IESu Christi vigesimo quarto  
*ap. Euf. IV.*

*supra centesimum, ibique hiemem transi-*  
*list. c. 23.*

*gens, mysteriis Eleusiniis initiari voluit;*  
*Hier. script.*

*tunc temporis Atheniensium Episcopus*  
*id. ep. 84.*

*erat dictus Quadratus, Successor Publpii,*

*qui S. Dionysio Areopagitæ successerat,*

*martyrio coronati. Erat Quadratus Apo-*

*stolorum Discipulus, & Ecclesiam Athe-*

*niensium, persecutionis terrore disper-*

*sam, fide magna, & zelo congregave-*

*rat. Ipse ergo Imperatori Hadriano pro*

*Religione Christiana Apologiam tradi-*

*dit, ex qua optimi ejus ingenii, & Apo-*

*stolicæ æquitatis signa emicabant. Ut*

*ostenderet, quanta differentia inter IESU*

*Christi miracula, & aliorum impostorum*

*præsti-*

*Euf. Chron.* dit, ex qua optimi ejus ingenii, & Apo-

*an. 127.* stolicæ æquitatis signa emicabant. Ut

*Id. IV. hist.* ostenderet, quanta differentia inter IESU

*c. 3.* Christi miracula, & aliorum impostorum

*præsti-*

præstigias intercedat, ajebat: *Opera au-* Sæculum II.  
*tem nostri Salvatoris semper erant per-* A. C. 125.  
*manentia, quia vera erant; a morbis sa-*  
*nati, & a morte resuscitati non solum*  
*sanati, & resuscitati videbantur, sed et-*  
*iam tales permanerunt, nec solum tanto,*  
*quanto tempore Salvator in terris vixit,*  
*sed etiam multo, postquam assumptus fuit,*  
*tempore, ita ut quidam eorum ad nostra*  
*usque tempora perduraverint. Tantulum*  
*nobis fragmentum de Apologia Quadra-* Euf. & Hier.  
*ti, & non amplius supereft; de illa au-* ibid.  
*tem quam non multo post Aristides etiam*  
*Atheniensis, & Philosophus composuit,*  
*omnino nihil.*

### §. XXIII.

#### *Hadriani Epistola Christianis favens.*

Serenius Granianus, cum esset Procon-  
 sul Asiae, in animum Imperatoris in-  
 duxerat, grandi injustitia non vacare, ul- Euf. IV. hist.  
 timæ plebis clamoribus tot innocentium 8. 9.  
 Christianorum sanguinem dari, & homi- id. IV. hist.  
 nes, quibus nihil nisi invidiosæ Sectæ no- 8. 9.  
 men noceret, ad mortem condemnare.  
 Perstrinxit veritas Imperatoris mentem,  
 scripsitque multis Provinciarum Rectori-  
 bus, & inter alios Minutio Fundano, tunc  
 Asiae Proconsuli, in hunc modum: *Ilu-*  
*stris Serenii Graniani, cui successisti, epi-*  
*stolam accepi. Judico rem examine di-*  
*Hift. Eccles. Tom. I. Ff gnam*